

NOTE ON ONE AS SUBJECT OF WISDOM

To understand the one which is the subject of wisdom (with being), we must see three distinctions.

One is the distinction between being and one

Another is the distinction between the one that is the beginning of number and the one that is convertible with being.

The third is the distinction between the one that is just undivided being and the one that is both undivided being and distinct from all others.

In the following text, Thomas puts one (*unum*) with thing (*res*) both following upon being (*ens*) in itself (*in se*) and something (*aliquid*) with good (*bonum*) and true (*verum*) as following upon being in order to another (*secundum ordinem unius ad alterum*):

Illud autem quod primo intellectus concipit quasi notissimum, et in quod conceptiones omnes resolvit, est ens, ut Avicenna dicit in principio suae Metaphysicae. Unde oportet quod omnes aliae conceptiones intellectus accipiantur ex additione ad ens.

Sed enti non possunt addi aliqua quasi extranea per modum quo differentia additur generi, vel accidens subiecto, quia quaelibet natura est essentialiter ens; unde probat etiam Philosophus in III Metaphysicorum, quod ens non potest esse genus, sed secundum hoc aliqua dicuntur addere super ens, in quantum exprimunt modum ipsius entis qui nomine entis non exprimitur.

Quod dupliciter contingit:

uno modo ut modus expressus sit aliquis specialis modus entis. Sunt enim diversi gradus entitatis, secundum quos accipiuntur diversi modi essendi, et iuxta hos modos accipiuntur diversa rerum genera. Substantia enim non addit super ens aliquam differentiam, quae designet aliquam naturam superadditam enti, sed nomine substantiae exprimitur specialis quidam modus essendi, scilicet per se ens; et ita est in aliis generibus.

Alio modo ita quod modus expressus sit modus generalis consequens omne ens; et hic modus dupliciter accipi potest: uno modo secundum quod consequitur unumquodque ens in se; alio modo secundum quod consequitur unum ens in ordine ad aliud.

Si primo modo, hoc est dupliciter quia vel exprimitur in ente aliquid affirmative vel negative.

Non autem invenitur aliquid affirmative dictum absolute quod possit accipi in omni ente, nisi essentia eius, secundum quam esse dicitur; et sic imponitur hoc nomen *res*, quod in hoc differt ab ente, secundum Avicennam in principio Metaphysicae, quod ens sumitur ab actu essendi, sed nomen rei exprimit quidditatem vel essentiam entis.

Negatio autem consequens omne ens absolute, est indivisio; et hanc exprimit hoc nomen *unum*: nihil aliud enim est unum quam ens indivisum.

Si autem modus entis accipiatur secundo modo, scilicet secundum ordinem unius ad alterum, hoc potest esse dupliciter.

Uno modo secundum divisionem unius ab altero; et hoc exprimit hoc nomen *aliquid*: dicitur enim aliquid quasi aliud quid; unde sicut ens dicitur unum, in quantum est indivisum in se, ita dicitur aliquid, in quantum est ab aliis divisum.

Alio modo secundum convenientiam unius entis ad aliud; et hoc quidem non potest esse nisi accipiatur aliquid quod natum sit convenire cum omni ente: hoc autem est anima, quae quodammodo est omnia, ut dicitur in III de Anima. In anima autem est vis cognitiva et appetitiva. Convenientiam ergo entis ad appetitum exprimit hoc nomen *bonum*, ut in principio Ethicorum dicitur quod *bonum est quod omnia appetunt*. Convenientiam vero entis ad intellectum exprimit hoc nomen *verum*.¹

The negation which one adds to being is a being of reason so that one adds nothing real to being. But is this negation to be understood as a pure negation or as a privation or lack? Thomas gives the reason why it should be considered as one kind of privation:

¹ *Quaestiones Disputatae de Veritate*, Q. 1 Art. 1, corpus

Nam sicut dictum est, unum est ens non divisum: divisio autem ad multitudinem pertinet, quae uni opponitur. Unde cuius est considerare unum, eius est considerare negationem vel privationem.

Negatio autem est duplex: quaedam simplex per quam absolute dicitur quod hoc non inest illi. Alia est negatio in genere, per quam aliquid non absolute negatur, sed infra metas alicuius generis; sicut caecum dicitur non simpliciter, quod non habet visum, sed infra genus animalis quod natum est habere visum. Et haec adest differentia huic quod dico unum praeter *quod est in negatione*, idest per quam distat a negatione: quia negatio dicit tantum absentiam alicuius, scilicet quod removet, sine hoc quod determinet subiectum. Unde absoluta negatio potest verificari tam de non ente, quod est natum habere affirmationem, quam de ente, quod est natum habere et non habet. Non videns enim potest dici tam Chimaera quam lapis quam etiam homo. Sed in privatione est quaedam natura vel substantia determinata, de qua dicitur privatio: non enim omne non videns potest dici caecum, sed solum quod est natum habere visum. Et sic, cum negatio, quae in ratione unius includitur, sit negatio in subiecto (alias non ens, unum dici posset): patet, quod unum differt a negatione simpliciter, et magis trahit se ad naturam privationis, ut infra decimo huius habetur.

Sciendum est autem quod quamvis unum importet privationem implicitam, non tamen est dicendum quod importet privationem multitudinis: quia cum privatio sit posterior naturaliter eo cuius est privatio, sequeretur quod unum esset posterius naturaliter multitudine. Item quod multitudo poneretur in definitione unius. Nam privatio definiri non potest nisi per suum oppositum, ut quid est caecitas? Privatio visus. Unde cum in definitione multitudinis ponatur unum (nam multitudo est aggregatio unitatum), sequitur quod sit circulus in definitionibus. Et ideo dicendum quod unum importat privationem divisionis, non quidem divisionis quae est secundum quantitatem, nam ista divisio determinatur ad unum particulare genus entis, et non posset cadere in definitione unius. Sed unum quod cum ente convertitur importat privationem divisionis formalis quae fit per opposita, cuius prima radix est oppositio affirmationis et negationis. Nam illa dividuntur adinvicem, quae ita se habent, quod hoc non est illud. Primo igitur intelligitur ipsum ens, et ex consequenti non ens, et per consequens divisio, et per consequens unum quod visionem privat, et per consequens multitudo, in cuius ratione cadit divisio, sicut in ratione unius indivisio; quamvis aliqua divisa modo praedicto rationem multitudinis

habere non possint nisi prius cuilibet divisorum ratio unius attribuat².

The following reading helps us to understand better why Thomas seems to say that the one involves a negation or a privation although there is a distinction between a negation and a privation.

...sicut dicitur in V Metaphysicorum, *privatio* tribus modis dicitur:

Uno modo proprie, quando removetur ab aliquo quod natum est habere, et in quo tempore natum et habere; sicut carere visu est privatio visus in homine.

Alio modo communiter, quando removetur ab aliquo quod ipsum quidem non est natum habere, sed genus eius; sicut si non habere visum dicitur esse privatio visus in talpa.

Tertio modo communissime, quando removetur ab aliquo id quod a quocumque alio natum est haberi, non tamen ab ipso nec ab alio sui generis: sicut si non habere visum, dicatur esse privatio visus in planta.

Et haec privatio medium est inter privationem veram et simplicem negationem, habens commune aliquid cum utroque; cum privatione quidem vera, in hoc quod est negatio in aliquo subiecto, unde non competit simpliciter non enti; cum negatione vero simplici, in hoc quod non requirit aptitudinem in subiecto.

Per hunc autem modum unum privative dicitur, et potest simili modo praedicari in divinis, sicut et alia quae simili modo praedicantur in divinis, ut invisibilis et immensus et huiusmodi.³

The one which is here distinguished from being should not be mixed up or confused with the one which is the beginning of number:

² In IV Metaphysicorum, Lectio 3

³ Thomas Aquinas, *Quaestiones Disputatae de Potentia*, Q. 9, Art 7, Ad 11

De uno autem non videtur esse verum, quod sit idem quod convertitur cum ente, et quod est principium numeri. Nihil enim quod est in determinato genere videtur consequi omnia entia. Unde unum quod determinatur ad speciale genus entis, scilicet ad genus quantitatis discretae, non videtur posse cum ente universali converti. Si enim unum est proprium et per se accidens entis, oportet quod ex principiis causetur entis in quantum ens, sicut quodlibet accidens proprium ex principiis sui subiecti. Ex principiis autem communibus entis in quantum est ens, non intelligitur causari aliquod particulariter ens sufficienter. Unde non potest esse quod ens aliquod determinati generis et speciei sit accidens omnis entis.

Unum igitur quod est principium numeri, aliud est ab eo quod cum ente convertitur. Unum enim quod cum ente convertitur, ipsum ens designat, superaddens indivisionis rationem, quae, cum sit negatio vel privatio, non ponit aliquam naturam enti additam. Et sic in nullo differt ab ente secundum rem, sed solum ratione. Nam negatio vel privatio non est ens naturae, sed rationis, sicut dictum est. Unum vero quod est principium numeri addit supra substantiam, rationem mensurae, quae est propria passio quantitatis, et primo invenitur in unitate. Et dicitur per privationem vel negationem divisionis, quae est secundum quantitatem continuam. Nam numerus ex divisione continui causatur. Et ideo numerus ad scientiam mathematicam pertinet, cuius subiectum extra materiam esse non potest, quamvis sine materia sensibili consideretur. Hoc autem non esset, si unum quod est principium numeri, secundum esse a materia separaretur in rebus immaterialibus existens, quasi cum ente conversum.⁴

This does not mean that one is said of the beginning of number and the one that is convertible with being completely equivocally:

Sciendum est autem quod esse mensuram est propria ratio unius secundum quod est principium numeri. Hoc autem non est idem cum uno quod convertitur cum ente, ut in quarto dictum est. Ratio enim illius unius in sola indivisione consistit: huiusmodi autem unius in mensuratione.

Sed tamen haec ratio mensurae, licet primo conveniat uni quod est principium numeri, tamen per quamdam similitudinem derivatur ad unum in aliis generibus, ut in decimo huius philosophus ostendit. Et secundum hoc ratio mensurae invenitur in quolibet genere. Haec

⁴ Thomas Aquinas, *In IV Metaphysicorum*, Lectio 2

autem ratio mensurae consequitur rationem indivisionis, sicut habitum est.

Et ideo unum non omnino aequivoce dicitur de eo quod convertitur cum ente, et de eo quod est principium numeri; sed secundum prius et posterius.⁵

But sometimes, Thomas takes one as including both being undivided in itself and also distinct from others:

...unumquodque enim, in quantum est unum, est in se indivisum, et ab aliis distinctum.⁶

Sic enim aliquid est ens, sicut et unum; unum autem est quod est in se indivisum et ab aliis divisum: pars autem prout est in toto, non est divisa in actu, sed in potentia tantum: unde non est actu ens neque una, sed in potentia tantum.⁷

Albert the Great also takes one sometimes to include both undivided in itself and distinct from others:

...unum est indivisum in se et ab aliis divisum: indivisum autem in se negatio est, ad quam consequitur divisum esse ab aliis⁸

The closeness of these two to being is seen in their having the same cause:

Quaecumque habentia sui esse causam distinguuntur, habent causam suae distinctionis: unumquodque enim secundum hoc fit ens secundum quod fit unum in se indivisum et ab aliis distinctum.⁹

⁵ Thomas Aquinas, *In V Metaphysicorum*, Lectio 8

⁶ *Quaestio Disputata de Anima*, Art. 3, corpus

⁷ *In VII Physicorum*, Lectio IX, n. 960

⁸ Albert the Great, *Commentaria in libris Elenchorum Sophisticorum Aristotelis*, Liber I, Tractatus IV, Caput VII

And in particular, Thomas notes that there is the same cause of being for a something and its distinction from other things:

idem autem est causa essendi alicui et distinctionis eius ab aliis¹⁰

When Thomas is distinguishing the one which is a subject of wisdom from the one which is the beginning of number, he just considers the one as undivided being (before distinguishing the division here from that of the one which fits the beginning of number). However, when we consider the division of the tenth book of *Wisdom* or *First Philosophy*, we see that the consideration of one includes distinction from others, but in that order. Thomas divides the tenth book thus:

Nunc in hoc decimo intendit determinare de uno...et dividitur in duas partes. In prima determinat de uno secundum se. In secunda per comparationem ad multa.¹¹

Since the many are distinct from one another, the consideration of one includes not only undivided in itself, but also distinct from others. Moreover, the special consideration of contrariety shows that one is concerned about the distinction of one thing from another.

This is also clear from the fifth book of *Wisdom* where the four kinds of opposites are distinguished among the secondary parts of one. Since the four kinds of opposites are the basis of formal distinction, the consideration of one includes not only undivided in itself, but also distinct from others. And in the common reasons why wisdom considers the one¹², the importance again of contraries.

Duane H. Berquist

⁹ Thomas Aquinas, *Summa Contra Gentiles*, Liber II, Caput 40

¹⁰ *Summa Contra Gentiles*, Liber II, Caput 41

¹¹ *In X Metaphysicorum*, Lectio I

¹² See the fourth book of *Wisdom* or the *Metaphysics*, and in Thomas' *In IV Metaphysicorum*, Lectio IV